

**www.e-rara.ch**

**Cornelii Valerii Ultraiectini In universam benedicendi [sic] rationem  
tabula, summam artis rhetoricae complectens**

**Valerius, Cornelius**

**Antverpiae, 1574**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRM 233,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35845>

De peroratione.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

præcepta confirmationis tradita, velut in demonstrationibus tria bonorum genera, & cet. in deliberationibus, honestum, utile, & cet. in iudiciis, ad coniecturam confirmandam voluntas, facultas, & cet. in definitiuo statu loci definiendi: in qualitate partes iuris, &c. ex quibus refutandi quoque ratio petenda est.

Quibus autem modis aduersarij confirmatio aut diluatur, aut infirmetur, aut eleuetur, Cicero in Rhetoricis docet his ferè verbis: Omnis argumentatio reprehenditur, si aut ex his quæ sumpta sunt, non conceditur aliquid vnum pluræue, aut his concessis complexio ex his confici negatur, aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur (veluti cum docemus falsa esse pro veris assumpta) aut si contra firmam argumentationem alia æquè firma aut firmior ponitur. Hæc ab illo pluribus explicantur lib. I. de Inuent. & à Cornificio lib. II. Rhetor. ad Heren. & à Quintiliano lib. V. cap. XIIII. Vrimur aliis etiam modis, Elevatione, cum aduersarij argumenta ridemus: Excusatione, vt si ætas, imprudentia, sexus afferatur: Deprecatione: Mutua criminatione: Inuersione signi contra nos allati, & huius interpretatione: Conquestione: Digressionem: ceteris.

#### De peroratione.

PERORATIO est extrema pars orationis, seu artificiosus orationis exitus; qui constat ferè vel enumeratione, vel affectibus. Enumeratio est breuis potissimorum argumentorum repetitio, qua redeat in memoriam auditor, quid per totam orationem dictum sit, totamque summam causam denudè cognoscat. In hac obseruandum est, vt summa quæque repe-

Confutatio.  
Lib. I. de Inuent.

Perorationis  
partes due: Enumeratio quæ ad memoriam spectat: & Affectus, qui ad animi commotionem.

tamus, & non partes partium retexamus. Affectibus utemur hoc loco vehementioribus illis, ad impellendos auditorum animos, quibus moueantur vel ad amorem in laudibus & exhortationibus: vel ad odium & indignationem in vituperationibus, dehortationibus, & accusationibus: vel ad misericordiam in defensionibus. Misericordia ad mouendam iudicium mentem reo necessaria est; indignatio accusatori. Has partes Cicero perorationi subiecit, enumerationem, indignationem, & conquestionem: sed in partitionibus duas, enumerationem & amplificationem, qua concitantur affectus, indignatio & conquestio. Cornificius enumerationem, commiserationem, & amplificationem, qua vehementer aliquid vel exaggeratur vel extenuatur, qua per locum communem sumitur instigationis auditorum causa. Seruandum hoc in epilogis precipitur, vt breues sint, ne vel inflammatus iudex refrigescat, vel miseratione motus, aliò se animo & cogitatione conuertat; tum vt acres sint, & quasi aculeis quibusdam animos pungant.

Lib j. de Inventione.  
Ad Heren. lib. ij.  
Amplificatio.

#### De generibus caussarum.

TRIA caussarum genera, demonstrationem, de- liberationem, & iudicium, supra definiuimus; ad qua referri potest quidquid oratione suscipitur explicandum. Primi generis sunt Laudatio vel vituperatio personarum, factorum, & rerum; praterea gratiarum actio, expositio historica, cuius & utilis in primis & iucunda lectio est, gratulatio, lamentatio, commemoratio beneficiorum, &c. Additum est huic didascalicum seu didacticum genus ab iis, qui latius hoc caussæ genus patere volunt, vt non tantum sinit am

Pag. 10.

Quæ contineatur genere demonstrationis. Historia quæ Rhetoricæ parte habetur, est copiose, ornateque, sed verè narrandi facultas. Plato in Sophiste, teste Quintiliano, libro iij. cap. iij.